Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36449
Copyright: Melk, Benediktinerstift

infancia commendabat.
Verum cum iam marito iuncta
virum dei liutgerum in utero gesta
ret, casu plapsa corruit. Cuius latus dum
palus super quem ceciderat penetrasset, mor
tua pene et exanimis ablata est. In maxim
omnes timor, ingens dolor invasit. Dum
hinc inde vel pro morte puerpere vicina do
lebant, vel puerperium iam partui vicinum
interitum esse timebant. Sed dei qui adiu
tor est in oportunitatibus in tribulacione,
non diu abfuit pietas. Nam mulier
paulatim resumpto spiritu pristine sanita
ti restituta est, et in puero post paucos
dies edito nulla lesionis macula appa
ruit. Quoniam enim vel matrem tanto viro
fetam interire, vel ipsum aliquatenus ledi eius
sanctitatis prescius deus pateretur? Proinde non
ut lederetur quod non absurde credimus, sed
ut magnificencius liberaretur, hunc lapsum
venerabilis femina incurrit. Plus quippe
fuit de ipsis mortis faucibus evasisse, quam
casum evitasse. Quod sancti pueri ex ea na
sci[tu]ri meritis actum esse quis dubitet?
Sicut namque olim sancta dei genitrix et sancta
mater precibus et meritis et spiritu parvulo
rum prophetabant, ita ut hec pia mulier
sui liberacione meritis sancte eius prolis atte
stabatur. Denique his sue nativitatis ex
ordiis quantus deinceps esset futurus premon
Post ubi iam baptizatus crevit
sensim puerulus ambulare et
in verba balbucienti licet adhuc ling
ua prorumpere cepit, tamen stati sensum et
cor senile assumpsit. Moribus quidem
non immaturis et vita immaculata tene
ram etatulam transcendens, nullis animum
illecebris, nulli dederat voluptati. Lu
sum pueris admodum familiarem, ac si
pestem fugiebat. Scripturas quas nec
dum pro etate discere quivit, iam se
animi affectu premeditari certis quibusdam
indiciis premonstrabat. Nam aliis pueris
ludentibus, ipse arborum cortices colligere
quibus uti ad luminaria solemus, et inde
quasi libellos componere consuevit. Quos
cum forte liquore invenisset, festuca
utiliter ut sibi videbatur inscriptos, nu
trici ac si perfectos perutiles admodum libros
tradidit custodiendos. Et hec quidem ille
iuxta hoc quod apostolus ait: Cum essem par
vulus loquebar ut parvulus, sapiebam ut
parvulus, cogitabam ut parvulus, sensu
puerili ac si infantulus agebat. Ceterum
deus cuius providentissima disposicione
nichil in terra sine causa fit, istis eum
signis doctorem ecclesie esse futurum por
tendit. Denique cum ab aliquo interroga
retur, quid per diem operatus esset, se per totum
diem aut libros composuisse aut scripsis
se respondit. Cui cum ulterius inquireret
quis eum docuisset: Deus inquit me do
cuit. O vere apostolica et perfecto viro digna
et in tantillo pectore omnino miranda
doctrina. Nonne his verbis dixisse
videtur: Cur me interrogatis quis me docu
isset? Quasi quisque alius singulos doceat quam
deus? Quis aperit ora mutorum et linguas
infancium facit disertas nisi deus? Nisi
deus intus mentem docuerit, laborare
homo forinsecus potest, proficere non potest.
Ego inquit apostolus plantavi, apollo riga
vit, deus autem incrementum dedit. Deus ergo
me docuit qui me creavit, non homo qui
se ipsum non cognoscit. Talis erat prima
viri etas, tali eius infancia tyrocinio
militabat. Verum ubi cum etatis pro
cessu vir dei liutgerus sciencia simul
et meritis accrevit, litteris demum inbu
i ardenti admodum voto cupiebat. Sci